

2

LUCTUM,

Qvem

Vir perquam Reverendus atque Clarissimus

DN. MICHAEL RINGELTAUBIUS.

Pastor olim Ellgutensis in Silesia, nunc Ecclesiastes Substitutus Thoruniensis in Civitate nova designatus,

Sentiebat ex praematro obitu

Filioli dilectissimi,

CHRISTIANI FRIDERICI.

nat i x. Ian. cccci vii.

Sympathia Christiana proseqvabantur, eumq;e mitigare volebant,

Ipsò exequiarum die

d. 31. Mai, 1900.

Rector, Professores & Visit.

THORUNII,

Imprimebat Johannes Conradus Rügerus, Nobiliss. Senatus & Gymnasii
Typographus.



Gewehthes Haupt / du kamst aus
 frembden Landen
Ins Vaterland / vor nur ganz
 kurzer Zeit.
 Der starke Wind des Himmels war vorhanden/
 Dem folgtestu mit großer Freudigkeit/
 Als Priester hier im Heilighum zu wachen/
 Als Sohn noch so dem Vater Trost zu machen.
 Nun aber sind des Himmels Seltenheiten/
 Die Vater-Stadt / die uns gibt ewig Kraft:
 Der Seel'gen Schmuck / und dero Kostbarkeiten/
 Die ewige gewehhte Priesterschafft/
 Damit pflegt Gott die Seinen aus zuziehren/
 Und fröhlich in die Stiftes-Hütte zu führen.
Ist dem nu so/so ist der Schlüß gar richtig/
 Dem Vater ist das zarte Söhnlein gleich. [fig
 Es geht der Zweig aus Alarons Stam̄ schon tück-
 Ins Priesterthum / aus einem frembdē Reich.
 So muß der Sohn / weil er nicht kont auf Erden/
 Dem Vater nun in jener Welt gleich werden.
Mit diesen wenigen Zeilen suchte den betrübten Herrn Vater und gesamte Freundschaft zu trösten

M. P. IAENICHIUS, R.

ADVENTUS CUM GRATUS ERAT, *Reverende Sacerdos,*
 In Patriam gratam non sine lege, tuus.
 Officii sancti debebas munus adire
 In templo, & docilem rite docere gregem.
 Hęc inter Musę voluerunt scribere carmen,
 Qvo ferrent faciles candida vota tibi.
 Ast en! (fata volunt) ex latis tristia fiunt:
 Filioliqve tui mors inopina facit.
 Est hęc conditio misera & lacrymabile fatum,
 Atqve dies ulla non reticenda die.
 Intrasti felix per tot portenta viatum
 Urbem, grandęvo gratus erasqvi Patri.
 Gratus eras nostris, qvi Te videre, Patronis,
 Gratus eras aliis civibus atqve bonis;
 Qui Tibi sunt omnes felicia qvæque precati,
 Et sincero animo prospera vota dabant.
 Ordo sed inversus Te jam comitatur acerbe,
 Filioli teneri cum pia busta doles.
 Sed quid dicit Avus? (non est, ut vulnera fingam)
 Is dicit: *Nonne hęc fata maligna mihi?*
 Chare nepos, lacrymis comitor Te mestus ad urnam,
 Qui me debueras latus humasse senem.
 Quid loquitur Mater? *nisi nos buc fata tulissent,*
 Filioli fruerer dotibus usq; mei.
 Ast hęc qvo spectant? non Vos turbetis, Amici,
 Despiciunt vestras ferrea fata preces.
 Non periit Vobis, sed in altam præiit arcem,
 Regnat cum Christo cœlicolisqve piis.
 Hunc dederat prius, hunc repetit divina voluntas:
 Poscit legitimq pignora jure DEVS.
 Debita vestra datis celso sine murmure cœlo:
 Qui fuerat vester, plus erat ille DEI.
 Sat vixit, cui vita brevis sine crimine longo.
 Heu calcant parvam qvam bene parva viam!

Hicce beatissimos manes Christiani Friderici Ringeltaubii
...ostissimus dolebat

M. MARTINUS BOHM.

SI Scriptor ille viveret, qvi numina
Permulta finxit; diceret, nunc seculum
Id esse, qvo Pandora missa ab inferis
Immisit in mundum reclusâ pyxide,
Ut perdat humanum genus, qvævis mala.
Sunt plena rixis, cædibus, discordiis
Omnia: nec hospes tutus est ab hospite.
Ut gutta guttam, sic malum trudit malum.
Ideoqve rara sunt piorum gaudia:
Et illa luctu sæpe turbantur gravi.
Gaudent parentes, liberos qvando vident
In flore; tristanturqve, qvando corpora
Cernunt in urna pignorum tenerrima.
Hoc accidisse cernimus modo Viris,
Qui ritè serviunt DEO ac Ecclesiæ.
Gavisus in sinu fuit senex Avus,
Dum Filium cum liberis valentibus
Amplexeretur: illud autem gaudium
Abrupit illico Nepotis parvuli
Funus, cui suprema solvuntur modo.
Vices dolemus has Parentis ac Avi
Mœsti, precantes, ut deinceps gaudium
Utrique sit perenne RINGELTAUBIO.

L.
hæc apposuit

M. MARTINUS BERTLEFFIUS,
P. P. & Visit.

• 8) : O : (8 •

3784